

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Misericordia an  
cum fonte primo

Misericordia

subsequitur ad custodiam  
sed precedit ad gratiam conferendam.  
Nam si solum sequeretur, nemo  
donata perciperet; si tantum precederet,  
nullus poterat collata seruare.  
Grauiores enim sunt insidie quas  
a tergo dyabolus parat, et nisi Domini  
misericordia subsequatur, facilime  
fragilitas humana decipitur. Tunc enim  
quando se aliquis uitium transisse  
credit, incauta magis ignoratione  
decipitur.

Cassiodorus super Psalmos.

Nam cum *misericordia* Domini semper  
praecedat, hic dicit *subsequetur me:*  
subsequitur utique ad custodiam,  
sed praecedat ad gratiam conferendam.  
Nam si solum sequeretur, nemo  
donata perciperet; si tantum praecedet,  
nullus poterat collata seruare.  
Grauiores sunt enim insidiae quas  
a tergo diabolus parat, et nisi Domini  
misericordia subsequatur, facilime  
fragilitas humana decipitur. Tunc enim  
quando se aliquis uitium transisse  
credit, incauta magis ignoratione  
decipitur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio  
Psalmorum*, 22, 6 (CCSL 97, M. Adrien  
ed., pp.213-14, ll.181-189).